193. *Ch. canaliculatum* Berth. Géographie botanique.
Lanzarote. Species obscura, nisi erroneo nomine e *Ch. carinato*
Schousb., maroccano, adulterata.
194. *Ch. Myconis* L. — Giralda.
195. *Ch. coronarium* L. *Chr. speciosum* Brouss. — Pajito.
Inter segetes, plerumque forma radio flavo.
196. *Anthemis arvensis* L. — Manzanilla.
A. *Cotula* L.
197. *Anacyclus clavatus* Pers. — Magarza.
Lanzarote, prope el Sobaco et in ruderatis prope S. Bartolomé. Fl. Junio.
198. *Calendula arvensis* L. — Maravilla.
Inter segetes.
199. *C. parviflora* Raf.
Ad paludem Gran Tarajal.
200. *Atractylis cancellata* L. var. *subacaulis*: capitulis brevissime pedunculatis, fere radicalibus.
Handia, in sterilibus. Fl. Aprili.
201. *Carlina salicifolia* Cav. *Carlowitzia* Mneh. — Alazor.
Handia. Fl. Junio ad Julium.
202. *Centaurea Lippii* L. cum var. *majorera* Ble.
Puerto Cabras. Fl. Aprili.
203. *C. Bolleana* Schltz. Bip. sub *Amberboa*.
Malpaso de Rio Palmas. Fl. Aprili ad Majum.
204. *C. melitensis* L.
205. *C. Calcitrapa* L.
206. *Galactitis tomentosa* Mneh.
207. *Cynara horrida* Ait. — Alcauzil.
Per montes Fuertaventurae, non abunde.
208. *Carthamus coeruleus* L. — Azafran selvaje.
209. *C. lanatus* L. *Kentrophyllum* DC. — Cardo de Gristo.
Fl. Junio ad Julium cum plerisque Carduis.
Valde frequens in Fuertaventura: el Espinal de la Oliva.
210. *Notobasis syriaca* Cass. *Cnicus* Willd.
211. *Silybum Marianum* L. — Cardo de burro.

212. *Carduus clavulatus* Lk.

213. *C. Bourgaeanus* Schltz. Bip. *C. baeocephalus* Webb var. *Bourgaeanus*.

Per montes Handiae. Fl. Aprili.

214. *Cichorium divaricatum* Schousb. *C. Intybus* L. var. — Escarola selvaje.

215. *Andryala pinnatifida* Ait. Fl. Junio.

216. *A. cheiranthifolia* L'Herit. *A. varia* Lowe var. *Rothia cheiranthifolia* Lk. apud Buch.

In Lanzarotes arena nigra vulcanica: Yaissa; el Sobaco; Handia. — Haria (DE BUCH.)

Saepe rufo-tomentosa, foliisque non raro subintegris. Basis valde lignosa; altitudo plantae variabilis, interdum exemplaria caeterum robustissima tamen paucipollicaria exstant. Adest altera forma folio tenuiter dissecto anguste pinnatifido, capitulis minoribus, viridior. Fl. Junio.

Andryalae canarienses prorsus singulari polymorphia eminent.

217. *Scolymus hispanicus* L. — Tagardina.

218. *S. maculatus* L. — Cardo de leche.

219. *Urospermum picroides* Desf.

Inter segetes.

220. *Hedypnois rhagadioloides* Willd. — Brujillo. Fl. Januario ad Martium.

221. *Rhagadiolus stellatus* Gaertn.

222. *Thrinicia pygmaea* Schltz. Bip.

223. *T. hirta* Roth. BERTHELOT in Géographie botanique neque ab altero observata.

224. *Tolpis barbata* Gaertn. var. *crinita*. *T. crinita* Lowe.

225. *Barkhausia hieracioides* Lowe Primit. mader. *C. Lowei* Schltz. Bip. var. *canariensis*. *Barkhausia denticulata* Heer apud Hartg.

In montibus Handiae, ubi robustissima, bipedalis. Tuineje; Valdebron; Peñitas de Chache. Fl. Martio ad Aprilem.

226. *Crepis* sp. pusilla.

In Lanzarote, monente BERTHELOT. Inquirenda.

227. *Picridium tingitanum* Desf.

228. *P. ligulatum* Vent. cum varietatibus *ilicifolium* et *integri-folium*.

Pulcherrime abundat in scopulis maritimis, magnas ibi rosulas efficiens. Minus, immo nanefactum etenim capite diminutum, sub forma *ilicifolia* in Handiae montium ariditate apparet.

229. *Lactuca sativa* L. — Lechuga.

E culturis frequentibus non raro spontanea facta. A Majoreris cruda sine sale et oleo comeditur. Hanc cl. MASFERRER quoque in Teneriffa sylvestrem indicat.

230. *Sonchus acidus* Schousb. — Cerrajon.

In Opuntieto prope Teguize unicum specimen, sylvestre ut videtur, stare fertur, quod incolae religiose custodiebant, augurio id pro anni inchoantis fertilitate sumentes. Fl. Januario. Post BOURGAEUM a botanicis non visus.

231. *S. Bourgaei* Webb.

Cofete, in planitie maritima; Volcan de la Oliva! Barranquillo supra Mala Lanzarotes (BOURGEAU). Fl. Februario ad Aprilem.

Planta annua, delicatula, italo *S. tenerrimo* L. non absimilis, strictior quidem. Flos e flavo aurantiacus.

232. *S. oleraceus* L. — Cerraje.

In cultis pinguioribus.

233. *S. spinosus* DC. *Zollikoferia* Boiss. cum sequente. — Ahulaga.

Plantarum indigenarum facile communissima; giganteam hanc vidi in Handia ubi caules vel trunci, in consortio Lycii afri, saepe pollicem crassi evadunt et, ut in reliqua insula, combustioni inserviunt.

234. *S. nudicaulis* Schltz. Bip. *S. divaricatus* Desf. *Prenanthes repens* Buch. Herb. n. 230. — Hulajillo.

Cofete, in arena maritima; Puerto Cabras. Fl. Februario ad Majum.

235. *S. Lowei* (Schltz.) Heer apud Hartg.

Quid sit nescimus. In Lanzarote indicatur.

236. *Xanthium Strumarium* L.

Fuertaventura, loco non notato.

Campanulaceae.

237. *Campanula dichotoma* L. *C. afra* Cav.

Handia, in planitie maritima Barlovento versus. Fl. Februario ad Aprilem.

Specimina nivariensibus semper minora, fere nana legimus.

238. *C. Erinus* L.

In glareosis et murorum interstitiis.

239. *Wahlenbergia lobelioides* Alph. DC. var. *Gussonea*.

Peñitas de Chache, nec non in Fuertaventura.

Ericineae.

240. *Erica arborea* L. — Brezo.

Fuertaventura: supra templum Sanctae Mariae de la Peña. Lanzarote: Peñitas de Chache.

Oleaceae.

241. *Olea europaea* L. Oleaster. — Acebuche; Acetunera.

Sylvestris solummodo nec ullibi culta occurrit. Fl. Majo.

Asclepiadeae.

242. *Periploca laevigata* Ait. — Cornical.

Handia, in sylvula *Euphorbiarum canariensium* cum *Rubia fruticosa* demisse scandens et alibi in montibus.

Convolvulaceae.

243. *Convolvulus arvensis* L. — Basito de la Virgen.

244. Espinal de la Oliva, frequens in agris. Vidimus semper flore roseo.

245. *C. sicutus* L.

246. *C. althaeoides* L. — Correhuela.

Inter segetes communis. Semina semper frustra quaesivimus.

247. *C. Hystrix* Vahl. *C. armatus* Del. — Chaparro.

In collibus desertis petrosis retro Puerto Cabras. Detector: cl. BOURGÉAU.

248. *Cuscuta europaea* L.

249. *C. planiflora* Ten. var. *Episonchum* Webb. — Tircuela; Pelo de Ahulaga.

Boragineae.

250. *Echium thyrsoflorum* Mass. *E. Decaisnei* Webb Berth. — Tajinaste.

Handia, per montes altiores; Lanzarote, supra Salinas.

Frutex robustus, 4—5-pedalis. Corolla alba cum venis azureis. Filamenta rosea; antherae brunneae.

251. *E. plantagineum* L. *E. violaceum* auct. — Vivorina.

252. *Messerschmidia fruticosa* L. — Duraznillo.

Ad basin montium Handiae prope Cofete. Semper hic forma typica latifolia.

253. *Borago officinalis* L. — Borraja.

254. *Lithospermum apulum* Sibth.

La Oliva. Mala Lanzarotes (BOURGÉAU). Fl. Martio ad Majum.

255. *L. arvense* L. cum varietate flore coeruleo.

Inter segetes copiose, sed multo magis forma flore albido; coerulea rarior ex. gr. Montaña de Uhigua Lanzarotes, etiam in scopulis incultis nascens.

256. *Anchusa italica* Retz.

Inter segetes vulgaris.

257. *Heliotropium europaeum* L.

258. *H. supinum* L.

La Oliva. Fl. Junio.

259. *H. plebejum* Mass. *H. erosum* Webb. — Yerba camellera.

Arenas nigras praediligit: Arcife; Gran Tarajal; Punta de Handia. Fl. Martio ad Majum.

Solaneae.

260. *Solanum nigrum* L. — Yerba mora; Moralillo de Santa Maria.

261. *S. villosum* Lmck.

262. *S. miniatum* Bernh.

In montibus Handiae, locis ab omni cultura remotis.

263. *Datura Stramonium* L. — Buenas noches.

264. *Hyoscyamus albus* L. — Veleño.

265. *Lycium afrum* L. — Espino.

Abundantissimum in Handia, ubi dumeta format ed in usum pro cucinis calefaciendis adhibetur. Espinal de la Oliva; la Muda.

Scrofularinae.

266. *Scrofularia arguta* Ait.

Handia, copiose neque minus prope Arecife Lanzarotes.

267. *Antirrhinum Orontium* L.

Inter segetes.

268. *Linaria heterophylla* Schousb. sub *Antirrhino*. *L. Lanzarotae* Del.

Copiose in petrosis, imo arenosis Handiae. In rupibus Famara Lanzarotes.

269. *Celsia betonicaefolia* Desf.

A cl. DESPRÉAUX in Fuertaventura reperta et e hac statione in herbario Webbiano mihi visa. Minime miranda haec localitas, quia planta simul mauretana ac caboverdica est. Tamen in Purpurariis non iterum reperta fuit. Locus natalis confirmatione eget.

Orobancheae.

270. *Orobanche minor* Sutt.

Cumbre de Handia; la Muda, in utroque loco radicibus *Buphthalmi sericei* insidens. Fl. Aprili ad Majum.

271. *O. coerulea* Vill.

Lanzarote (BERTHELOT).

272. *O. ramosa* L.

273. *Phelipaea lutea* Desf. *Cistanche* Lk.

Punta de Handia. Isleta de Lobos. Los Lajares et Costilla in Fuertaventura septentrionali, semper arenicola et *Zygophyllo Webbiano* insidens. Ad basin montium Famara autem in Betae procumbentis consortio. Fl. Aprili.

274. *Ph. gratiosa* Webb Berth.

La Graciosa.

Labiatae.

275. *Salvia canariensis* L. — Salvia.

La Oliva, rarius: Ad montem Caldera negra. — Fl. Majo.

276. *S. aegyptiaca* L.

277. *S. clandestina* L. var. *multifida* *S. Verbenaca* Desf.

La Oliva, valde frequens.

278. *S.* sp. prope la Oliva et in Lanzarote crescens; *S. clandestinae* similis, sed diversa: caule florido dense viscoso-piloso pilis patentibus, ita ut tota planta villosa appareat. Flores non vidimus. Ulterius inquirenda et, quando melius cognita erit, nostro desiderio *S. Aschersonii* fortasse salutanda.

279. *Lamium amplexicaule* L.

In cultis.

280. *Stachys arvensis* L. — Yerba de gato.

281. *Leucophaë Massoniana* Webb. *Sideritis* Benth. — *Salvia blanca*.

In montibus elatis Handiae. Fl. Majo.

282. *Marrubium vulgare* L. var. *lanatum* Benth.

Rosa de la Oliva, ad vias.

283. *Aiuga Iva* L. *Teucrium Pseudo-Iva* Benth. — Yerba Clin.

Per Fuertaventuram frequens. Lanzarote, prope Tinguaton, copiose (DE BUCH).

284. *Thymus origanoides* Webb Berth. — Tajose.

Altioris regionis montanae in Lanzarote civis: prope fanum S. Mariae de las Nieves.

Planta humillima, tamen ramis fortiter lignosis fruticans.

285. *Micromeria thymoides* Webb Berth. *Satureja varia* Benth. — Tomillo.

In Fuertaventura montana species, dum per Teneriffam maritimae zonae civis est. Illic plurimis locis provenit: Pico del Fraile; la Muda; Montaña del Atalaya, in media insula situs mons. Fl. Martio ad Aprilem.

Forma tortuosa, humilis, foliis lanceolatis typo latioribus, margine revolutis; aspectus modice pilosus, virescens. Flores parvuli, corolla intense rosea. Si quis hanc pro peculiari varietate sumere velit, eam, ab aliis aliquantulum habitu differre non negaverim. Plurimis iam exstantibus *Micromeriis* aliam adhuc addere non ausus sum, quum genus in Canariis fere ultra observationis fines variet, quamquam speciem praesentem in quovis statu non difficiliter recognoveris.

286. *M.* sp. glabrescens, flore majore coerulescenti-violaceo; caetera incognita.

La Oliva, Majo florens.

Hanc carpere negligimus. Inquirenda.

287. *Lavandula dentata* L. — Alhucema.

El Sobaco et la Quemada Lanzarotes.

288. *L. pinnata* Lmck. — Yerba de risco; Espliego.

Lanzarote: el Risco de Guinate; Famara; Barranco de Guatisa. Fl. Junio.

Verbenaceae.

289. *Verbena supina* L. *V. procumbens* Forsk. *V. prostrata* Ait.
La Oliva. Fl. Majo ad Junium.

Primulaceae.

290. *Anagallis arvensis* L.

Fere semper ad *Anagallidem coeruleam* spectat, dum forma *rubriflora* multo rarior.

291. *Samolus Valerandi* L.

Ad fontes et stillicidia.

292. *Asterolinon stellatum* Lk. *Lysimachia Linum stellatum* L.

Handia, in rupestribus siccissimis regionis calidae; tamen etiam ad saxa montis altissimi Pico del Fraile. Fl. Aprili.

Plumbagineae.

293. *Statice Bourgaei* Webb. — *Siempre viva de la mar.*

In rupibus circa stagnum Famara Lanzarotes, abunde; hic una cum sequente. Fl. Februario ad Junium.

294. *St. puberula* Webb Berth.

La Graciosa; Risco de Guinate; Famara, supra stagnum. Fl. Junio.

295. *St. papillata* Wbb. *St. pruinosa* Berth. non Del. — *Flor de mar.*

In maritimis plerumque arenosis: Handia; la Graciosa. Fl. Aprili ad Majum.

296. *St. ovalifolia* Poir. *St. mucosa* Salzm. Exsicc. *St. pyramidalis* Lowe. Primit. mader. p. 48.

Isleta de Lobos, in demissioribus quae ab Oceani fluctibus quandoque inundantur, ubi solum caespitibus pulchre glaucescentibus densissime vestit. Florentem inveni die 28. m. Maji 1852, una cum sequenti. Flores pallide coerulei. Folia interdum efflorescentia salina incrustata.

297. *St. tuberculata* Boiss. *St. Manricarum* Ble. ms. olim. — *Perpetuas maritimas.*

Caules lignosi plures ex eodem radice, procumbentes, digitum crassi, ita ut haec planta revera fruticosa censeatur. Frutices gregatim caespitibus proceris, pulcherrime roseo-floridis, summopere floribundis arenam vestiunt. Canariae quoque incola, licet rarissima (el Charco de Maspalomas!). Stirps diu ex eremis sahariensibus mari vicinis (Cabo blanco) tantum innotuerat.

Plantagineae.

298. *Plantago arborescens* Poir. — *Pinillo.*

299. *P. major* L. — *Llanten.*

300. *P. lanceolata* L.

301. *P. Lagopus* L. — *Ovejera.*

Las Peñitas de Chache.

302. *P. Coronopus* L. — *Estrella de mar.*

303. *P. Serraria* L.

304. *P. decumbens* Forsk. *P. cretica* L. var. *decumbens*.

Cofete Handiae, in valleculis copiose; Teguize.

Tota candide sericea. Fl. Februario ad Aprilem.

305. *P. amplexicaulis* Cav.

In campis Fuertaventurae communis: Cofete, in arena maris.

Tuineje; Time Lanzarotes, in collibus, jam m. Februario florens.

306. *P. argentea* Desf.

Graciosa (BERTHELOT). Fuertaventura, eodem monente.

Huc vel ad *P. amplexicaulem* verosimiliter trahenda *P. sericea* Berth. non Kit. e Lanzarote.

307. *P. Aschersonii* Ble. nova sp.

Herbacea, annua, acaulis, foliis rosulatis lata basi sessilibus 3—5-nerviis ellipticis acutis integris vel apicem versus paucidentatis cuspidatis utrinque hirtis superne sparse pilosulis subtus praesertim secus nervos villosulis, longe pedunculatis, pedunculo folium subsuperante tortuoso-decumbente, adpresse hirtello-piloso, spicis geniculato-erectis cylindricis, bracteis calycem subaequantibus acutis hispidis viridibus angustissime scarioso-marginatis, sepalis anticis rhombeo-ellipticis acutiusculis ciliolatis subherbaceis scarioso-marginatis obscurius carinatis, posticis carina viridi scarioso-et ciliolato-alata percursis, corollae laciniis oblongis acuminatis hyalinis inferne fusco-carinatis; capsula (immatura) ovata obtusa.

Inter congeneres tam numerosas e sectione *Polyspermae* Barnéoud *P. macrorhizae* Poir, ut videtur, affinior; tamen distinctissima nostra radice multo debiliore ad collem nunquam lignescente, omissis caeteris characteribus differentialibus. Florum fabrica proxima etiam *Plantaginibus Coronopodi* et *Serrariae*.

Sacra esto cl. professori PAULO ASCHERSON oculatissimo inter contemporaneos cognitori Florae sahariensis, insularum Purpurariarum et vicinae et congenialis simulac immensi libyci eremi strenuo perscrutatori, nobis, quod magni aestumamus, conjunctissimo.

Habitat in adscensu handiensis montis Fraile, rupibus basalticis innata. Fl. Aprili.

Nyctagineae.

308. *Boerhavia verticillata* Poir.

Fuertaventura, ad marginem paludis Gran Tarajal.

Polygoneae.

309. *Polygonum aviculare* L.

310. *Emex spinosus* Campd.

311. *Rumex Acetosella* L. — *Vinagrera* ita.

Frequens in agris prope la Oliva.

312. *R. bucephalophorus* L.

In graminosis collium.

313. *R. vesicarius* L.

314. *R.* e sectione *Hydrolapathi* Huds., elatus aquaticus, in statu immaturo nobis tantum obvius itaque specificè vix statuendus. Folia radicalia basi ovata. Num fortasse *R. maximus* Schreb.?

Ad rivulum convallis Rio Palmas prope Betancuria.

Chenopodeae.

315. *Beta pumila* Lk. *B. Webbiana* Moq. — Marmajaya.

316. *B. procumbens* Chr. Sm.

317. *B. maritima* L.

Hae omnes littoreae; sola sequens interiora terrae aqua non deficiente incolit.

318. *B. vulgaris* L. var. *maritima* Moq. — Remolacha selvaje.

Ad rivulum convallis Rio Palmas. Semper erecta, altior, plantae cultae conformis.

319. *Atriplex glauca* L.

Frequens in littoreis et ruderatis.

320. *Halimus portulacoides* Wallr. var. *latifolia*. *Atriplex portulacoides* L.

La Graciosa et circa Famara, copiosissime, fruticeta integra formans.

321. *Chenopodium murale* L. — Cenizo.

322. *Ch. album* L. *Ch. viride* Lk.

323. *Ch. ambrosioides* L. — Pasote.

In glarea convallium.

324. *Salicornia fruticosa* L. *Arthrocnemum* Moq. pro parte.

In palude salsa Gran Tarajal frequens, dumeta formans. Isleta de Lobos. La Graciosa et ad ripam adversam freti el Rio.

325. *Chenolea canariensis* Moq. cum var. *lanata*. *Ch. lanata* Moq. *Salsola lanata* Mass. apud DE BUCH, Physikal. Beschreib. Canar.

In aridis saxosis circa Cofete et alibi per Fuertaventuram, gregarie.

326. *Suaeda fruticosa* Forsk.

In arena maritima Handiae; Gran Tarajal. Communissima per majorem Fuertaventurae partem; more *Ericarum* gregarie vegetans. La Graciosa.

327. *S. vermiculata* Forsk. cum var. *flavescens*. *Salsola vermiculata* L.

In petrosis plerumque maritimis: Punta de Handia; Gran Tarajal; Rosa de Don Juan Negrin; Graciosa.

328. *Schanginia hortensis* Moq.

Gran Tarajal.

329. *Chenopodina maritima* Moq.

Gran Tarajal.

330. *Traganum Moquini* Webb. *T. nudatum* Moq. non Del.

In arena nuda littorum: La Graciosa; Playa blanca prope Puerto Cabras. Handia. Playa de la Caleta Lanzarotes.

Amarantaceae.

331. *Euxolus viridis* Moq. *Amarantus Blitum* L. *Albersia viridis* Kth. In cultis.

Euphorbiaceae.

332. *Euphorbia canariensis* L. — Cardon.

Non multis locis, sed gregarie ubi provenit. Handiae praecipue civis et Florae sylvanae decus singulare. In Lanzarote mihi non visa, a VIERA negata a BUCHIO tamen in ora austro-occidentali observata.

333. *E. balsamifera* Ait. — Tabayba dulce.

Sylvarum locum in Fuertaventura tenet, ubi maxima veraque arbor evadit et incolis lignationes crebras praebet pro cucinarum usu. Proceriores truncos et pulcherrimos Isleta de Lobos fert. Lanzarote: Haria! Rubicon (DE BUCH).

334. *E. Regis Jubae* Webb. *E. mauritanica* L. — Tabayba morisca.

In iugo montium Handiae et prope Villa Betancuria.

335. *E. obtusifolia* Poir. *E. piscatoria* Berth. in Florule de la Graciosa. *E. Broussonetii* Willd., Enum., Herb. n. 9252. — Tabayba selvaje.

La Graciosa, Chenepodiis immixta. In Fuertaventura etiam, monente Berthelot. Lanzarote: Puerto Naos (DE BUCH).

336. *E. heterophylla* Berth. Liste des plantes de Lanzarote.

Species mihi prorsus incognita. Inquirenda.

337. *E. Paralias* L.

Vastarum arenarum in utraque insula indumentum principale laetevirens.

338. *E. terracina* L. *E. Linaria* Lk. apud DE BUCH. *E. rhombea* Willd. *E. obliquata* Forsk. — Leche eterna.

339. *E. Panacea* Webb. — Sana lo todo.

Lanzarote, prope el Sobaco, in arena nigra vulcanica. Fl. Junio.

340. *Ricinus communis* L. — Tartago.

Urticeae.

341. *Urtica urens* L. — Ortiga.

342. *Forskålea fruticosa* Willd. *F. angustifolia* Retz. — Ratonera.

In rupestribus incultis, ruderatis necnon in torrentibus lavae Malpais dictis.

Haec duabus praestat formis: angustifolia, foliis fere omnino viridibus et altera robustiore foliis latioribus subtus niveis. Immerito hae species creditae fuerunt, quia umbra vel sole variisque soli diversitatibus manifeste gignuntur.

Myricaceae.

343. *Myrica Faya* Ait. — Haya.
Las Peñitas de Chache.

Balanophorae.

344. *Cynomorium coccineum* L.
Lanzarote.

Najadeae.

345. *Zostera nana* Roth.
Puerto Cabras, in fundo maris.
346. *Cymodocea nodosa* Aschers. *C. Webbiana* Adr. Juss., *C. aequorea* Koenig.
Arecife, in fundo maris.

Aroideae.

347. *Arum italicum* Mill. var. *canariense* Engl. *A. canariense* Willd.
La Oliva, rarius.

Irideae.

348. *Gladiolus segetum* Gawl. — Ajillo.
Inter segetes.
349. *Romulea Hartungii* Parl.
Lanzarote. Fl. primo vere vel potius sub finem hyemis, m. Martio jam ex parte seminifera.

Iudice cl. PARLATORE differt a nivariensi stirpe *R. (Trichonema) grandiscapa* Webb Berth. scapo humili, flore minore, filamentis anthera longioribus et seminibus angulatis.

Num fortasse eadem ac *Romulea* illa nana, quam in pinetis elatis retro pagum Chasna in Teneriffa m. Aprili florentem observavimus et, nescio num temerius, pro *Romuleae grandiscapae* forma solo arido depauperata, sumpsimus?

Palmae.

350. *Phoenix dactylifera* L.
Ubiquitaria fere locis idoneis. Sylva miranda, saharienses oases referens, in convalle Rio Palmas. Num *Phoenix canariensis*, Recentiorum quoque in Purpurariis indigena sit, adhuc dubium.

Asfodeleae.

351. *Asfodelus ramosus* L. — Gamon.
In altioribus incultis utriusque insulae non infrequens.
352. *A. fistulosus* L. — Gamon chico.
In planitie maritima meridionali Handiae, frequens. — Fl. Aprili.
353. *Allium roseum* L. — Gamonillo.
354. *A. vineale* L. — Ajo selvaje.

355. *Dipcadi fulvum* Webb Berth. *Hyacinthus fulvus* Cav.

Lanzarote, prope fanum de las Nieves; Guatiza (BOURGEAU). — Fl. hyeme.

356. *Scilla haemorrhoidalis* Willd. *Sc. hyacinthoides* Desf. —

Cebolla almorrana.

Lanzarote, inter fanum de las Nieves et urbem Teguize.

357. *Sc. dasyantha* Webb Berth.

Fuertaventura, prope templum S. Mariae Virginis de la Peña.

358. *Asparagus arborescens* Willd. *A. retrofractus* Berth. non L. Handia; Lanzarote, hinc inde ex. gr. prope Teguize.

359. *A. albus* L. var. *Pastorianus* Webb. — Espino blanco. Malpais prope la Oliva.

360. *A. horridus* L. fil.

Famara.

Amaryllideae.

361. *Pancratium canariense* Ker.

Melanthiaceae.

362. *Merendera* sp.?

La Graciosa. A solo b. BERTHELOT a. 1829 reperta.

Juncaceae.

363. *Juncus acutus* L. et Phytogr. canar. *J. multibracteatus* Tin. — Junco.

In ipsa arena calida vulcanorum lanzarotensium: Montaña del Fuego; reliquis locis insularum in humidis, ad ripas.

364. *J. maritimus* Lmck.

Cyperaceae.

365. *Cyperus aegyptiacus* Gloxin. *Schoenus mucronatus* L. *Galilea mucronata* Parl. — Junco marino.

In arena mobili: Playa blanca prope Puerto Cabras; el Sobaco.

366. *C. mucronatus* Rottb. var. *albidus* Vahl. *C. lateralis* Forsk., *C. laevigatus* L.

In humidis Lanzarotes ad fontem Chafariz prope Haria.

367. *Scirpus maritimus* L.

Ad rivulum Rio Palmas.

Gramineae.

368. *Phalaris brachystachys* Lk.

369. *Ph. coerulescens* Desf.

Utraeque gramina segetalia.

370. *Coix Lacryma Jobis* L.

371. *Pennisetum cenchroides* Rich.

372. *Milium multiflorum* Cav. *Oryzopsis*, Recentior.

Ad stagnum Famara.

373. *Stipa tortilis* Desf.

374. *Gastridium lendigerum* Gaud.

375. *Agrostis verticillata* Vill.

Ad fontes et stillicidia.

376. *Aira caryophyllea* L.

377. *Avena hirsuta* Rth.

Nullibi in Canariis major, robustior et frequentior quam in Handiae valleculis, Costa de Barlovento.

378. *A. sterilis* L.

379. *Melica ciliata* L.

Las Peñitas de Chache.

380. *Schismus marginatus* Pal. Beauv.

381. *Lamarckia aurea* Mch.

382. *Eragrostis poaeoides* Pal. Beauv.

383. *Poa trivialis* L.

384. *P. valde pusilla e Graciosa* (BERTHELOT). Verosimiliter *P. annua* L.

385. *Briza maxima* L.

386. *Festuca rigida* Kth.

387. *F. Myurus* L. *Vulpia* Gmel.

388. *Bromus madritensis* L.

389. *B. rubens* L.

390. *B. lanceolatus* Parl.

391. *Brachypodium distachyum* Roem. Schult.

392. *Lolium gracile* Parl.

393. *Polypogon elongatus* Humb. Bonpl.

Ad stagna Famara et Chafariz de Haria. Rio Palmas.

394. *Andropogon hirtus* L. — Cerillo.

395. *Pappophorum Jaminianum* Coss. et Dur.

Gran Tarajal, in petrosis aridis. Fl. Aprili.

P. borealis Ledeb. aemulum nanum, hucusque tantum pro Saharæ algeriensis cive habitum, cui Purpurariarum et solum et coelum non ab-similia.

Filices.

396. *Notochlaena vellea* Desv.

In clivo meridionali et vallibus iugi handiensis; semper pusilla. Lanzarote, rarior.

397. *Adiantum Capillus Veneris* L. — Culantrillo de pozo. Handia, ad fontes raros vallium meridionalium.

398. *Polypodium vulgare* L.

Handia, in regione montana, olim sylvosa.

399. *Asplenium Adiantum nigrum* L. var. *argutum* Heubl.
A. tabulare Schrader. — *Doradilla negra*.

Handia, in summo monte Pico de la Zarza.

Speciei genuinae magis congruum quam Canariarum reliquarum communius et pulchrius illud *A. acutum* Bory e Purpurariis exul.

400. *A. Hemionitis* L. *A. palmatum* Lmck. — Yerba Candil.

Malpaso de Rio Palmas, in rupium madentium fissuris necnon in Handiae zona sylvosa.

Addendum Medicaginibus: *M. denticulata* Willd. var. *macrantha*.

M. pentacycla DC. Cat. monsp. In cultis Handiae.

Purpurariarum herbas cultas simulac arbores pomiferas hortenses consulto omisimus, in altero libello de geographia botanica et adpectu vegetali utriusque insulae de his quoque tractaturi.

Omissa et Addenda

ad Florulam insularum olim Purpurariarum.

(Bot. Jahrb. Bd. XIV. S. 230—257.)

Rubiaceae.

Rubia fruticosa Jacq. — T a s a y g o.

In Handiae planitie maritima prope Cofete, per virgulta Euphorbiae canariensis scandens.

R. peregrina L.

A solo cl. HARTUNG visa, sed hoc monente in utraque insula.

Galium hirsutum Nees et Buch, Hor. phys. p. 443. *G. Neesianum* Req. *G. rotundifolium* var. *villosum* Webb.

In Handiae regione sylvatica.

G. geminiflorum Lowe.

In montibus excelsis Handiae. Fl. Aprili.

Plantula pusilla, tenerrima, vix pollicaris. Cum descriptione in LOWE, Primitiae Mader. nostra ad amussim quadrat.

G. setaceum Lmck.

Fuertaventura.

G. parisiense L.

G. tricornis Willd.

G. Aparine L. — R a p a s a y o.

Plocama pendula Hort. Kew. — B a l o.

»Rarior (quam in Teneriffa et Canaria) est in Lanzarote et Fuertaventura, Webb. Berth., Phytogr. can.« Certe, ita raro in florae nostrae territorio crescentem putare necesse est ut nunquam hic frutex ibi nobis obviam venerit, quamvis in Canariis occidentalibus gregaria vegetatione quam maxime conspicuus.

Valerianeae.

Valerianella coronata DC.

Solaneae.

Nicotiana glauca L.

Recentiori tempore magna copia efferata (O. KUNTZE).

Chenopodeae.

Salsola longifolia Forsk.

Graciosa (O. KUNTZE).

Euphorbiaceae.

E. Peplus L. var. folio acutiore.

Potameae.

Ruppia maritima L.

In fonte quodam aliquantulum salso prope Puerto Cabras (O. KUNTZE). Haec planta aquatica e Canaria Magna jam diu mihi innotuerat, ubi varietatem spiralis (*R. spiralis* Dumort.), ab ipso C. J. GAY determinatam, in stagno prope Arguineguin *inveneram*.

Numerus completus stirpium in territorio enumeratarum nota 446 nunc absolvitur.